Car de supposer, comme ils font, que le soleil rétrograda, ou du moins la terre seule, c'est une opération inutile; il n'y avait pas question d'allonger le jour comme du temps de Josué, mais seulement de faire reculer l'ombre de quelques degrés: d'ailleurs cette supposition semble absurde; car ce mouvement extraordinaire doit s'être fait tout d'un coup, ce qui, eu égard à la vitesse du mouvement de la terre, est à peine concevable; ou bien, par une progression ordinaire, ce qui aurait difficilement été aperçu par Ezéchias, en cas que ce prince eût demandé que l'ombre allât en avant. Cependant le fait est raconté comme étant arrivé tout à coup et point par degrés; ainsi il n'est nullement besoin de supposer que Dieu interposa son pouvoir pour faire tourner la terre dans un sens opposé à celui de sa révolution journalière, puisque la seule inflexion des rayons du soleil suffisoit. Un nuage épais placé devant cet astre, qui en réfléchit la lumière contre le lieu d'où il était venu, put seul opérer cette merveille; dès lors, plus de désordres dans le cours des astres, plus de variations dans les éphémérides, plus d'incertitude pour les éclipses. Ce phénomène ainsi expliqué n'en est pas moins un miracle incontestable. Car quand il y aurait eu une cause naturelle capable de produire une réfraction considérable des rayons du soleil, cette cause n'a pas pu se trouver présente, à point nommé, pour agir à la volonté du roi et du prophète.

On dira peut-être qu'un de ces miracles ne contait pas plus à Dieu que l'autre. Cette objection est si peu philosophique qu'elle ne méritoit pas d'être réfutée. Quoique tout soit également facile à une puissance sans bornes, il n'en est pas moins vrai que Dieu agit avec la même simplicité dans l'économie des miracles que dans celle de la nature.

Cette explication résout donc toutes les difficultés de l'incrédule, et épargne bien des discussions inutiles: par exemple, de combien le jour fut allongé par ce miracle? si cette irrégularité fut réparée dans la suite, soit en retranchant de la nuit ce qui avait été donné de trop au jour, ou de quelque autre façon? si le miracle fut aperçu dans les autres pays de la terre, ou seulement dans la Judée? et plusieurs autres questions pareilles.

Nous finirons cette note en relevant quelques fautes que l'auteur des questions y a insérées par occasion.

Isaië dit à Ezéchias: *Mettez ordre à votre maison; car vous mourrez, et vous ne vivrez pas*. Rien de plus commun dans la langue hébraïque que d'exprimer deux fois la même chose par des termes différents, ou par le même terme répété deux fois. Ainsion trouve, *peccatum peccavit, confessus est, et non negavit*, etc. Aristophane chez les Grecs a dit de même, en parlant d'une femme: *formâ formosa, magnitudine*

rologio contra suam naturam retrò verteretur, cum contra progressu debuisset, ita ut non in sole, sed in umbra factum fuerit miraculum. Sunt qui putent solem non stetisse solum, ut tempore Josue, sed repetito spatio, quod jam fuerat emensus. decem lineas, id est, decem horas retrorsum rediisse. Quare cum sol in regressu decem horas et totidem in progressu consumperit, sequitur diem illum fuisse solito longiorem 20 horis. Quòd si jam sol erat occasui proximus, quia jam decem horarum spatium confecerat, quod rursum remediendum repetito circulo, ita ut ad duodecimam horam duas superessent, quod necessariorum videtur esse dicendum, fit diem illam horas habuisse triginta duas. Et ita putat August. lib. 2. cap. 48 de Mirabilibus Scripturæ; et Dionysius epistolâ ad Poly carpum, et Glycas ex sententiâ Hippolyti ad parte 2 Annalium. Quare dies ille fernè triplicatus est.

Alii brevissimo tempore factam esse putant mutationem illam, ita tamen ut observari commode potuerit in horologio Achaz revocata decem gradibus umbra. Quod fieri potuit majori solis incitatione: neque enim necesse fuit, ut ordine ac morâ solito sol in spatio quicvis gradus lustrando horam unam consumeret. Ita Cajetanus hic, Procopius super Isaiam, et alii plures, cujus ratio non levis est, quia Deus optionem dedit Ezecchie, utrum mallet, vel in horologio Achaz umbram decem lineas descendere, aut ascendere totidem; quòd si more solito descensura essent umbra, consumpta horâ in singulis spatiis, nullum esset

magna, arte artificis. Voltaire, qui n'ignorait pas ces pléonasmes, a traduit: *Vous mourrez, et alors vous ne vivrez plus*. Chacun voit le ridicule que ce moi alors répand sur les paroles du prophète.

« Le gros de la nation des Juifs comença à dit-on, à lire et à écrire pendant la captivité de Babylone. Quoi! les Israélites, qui vivaient dans l'abondance, qui étaient propriétaires des terres qu'ils cultivaient, auront demeuré des lettres, sans avoir appris un art si utile! c'est une absurdité qu'il n'est permis qu'à des incrédules passionnés d'avancer. Mais, disent-ils, les Israélites n'étaient dans ce temps-là, que des bergers et des laboureurs; soit, si l'on veut; mais qu'étaient alors les Grecs et les Romains que nous estimons tant? avaient-ils des occupations différentes? n'est-ce pas à la charrue qu'on allait chercher Quintus Cincinnatus pour le mettre à la tête de la république? Il ne faut pas se figurer tous ces anciens peuples comme certaines gens de la campagne qui vivent parmi nous. Voyez les mœurs des Israélites de M. Fleury. (Ductoi.)

miraculum; esset autem magnum si brevissimo tempore umbra illas lustraret lineas, notaretque, quas non nisi longo percurrere consecrasset. Idem ergo promisit in ascensum quod promississe in descensu videbatur. Idem sentiant quidam Hebræorum. Neque huic sententia, inquit Cajetanus, obstat quod etiam in progressu magnum esset miraculum, neque esset cur Ezechias magis eligeret regressum, quia in progressu motus ille umbræ naturalis erat, quod ad rem, etiamsi quoad modum esset miraculosus: at in regressu non solum motus ipse, sed etiam motus fieri non poterat sine magno miraculo.

Alii putant diem illum decem tantum horis fuisse longiorem, quia lineæ in horologio illo Achaz spatium diei non horis, sed semihoris distinguebant. Et in his est Abul. supra, quod gravi, meo iudicio, ratione confirmat. Nam cum Deus optionem dedit Ezechia, ut eligeret, aut utrum mallet, umbram progredi, aut eandem regredi decem lineis, sine dubio illa erat descriptio horologii, et ille solis aspectus, ac situs, ut utrumque fieri, et spectari posset ab Ezechia. Quare sol ut minimum decem post se lineas ad ortum, et totidem ante se ad occasum reliquebat: at dies in eo climate nunquam augeri potest ad viginti horas. Quare necesse est ut per breviores notas et intervalla distinguerentur dierum spatia, puta per semisses aut quadrantes. Et hæc sententia omnino mihi placet, si fateamur solem revocato curriculo ad ortum retrogressum.

Aliis visum est nullo modo solem retrò fuisse conversum, sed cum institutum teneret cursum, umbram tamen ab eo sic esse projectam, ut decem lineis erraret ab eo spatio quod iuxta solis aspectum ac situm notare debuisset. Quemadmodum in horologiis nostris sæpe fit, ut manus, sive index aliam indiceat; horologia verò, præsertim rotata, aliam horam sonent. Ita censent aliqui ex Hebræis. Burgens. in 4 lib. Reg., Vatablus, Arias Montanus super Isaiam, et in hanc magis inclinat Emmanuel Sâ. Probat multis Burgens, neque rationibus, meo iudicio, adeò infirmis, sicut nonnullis visæ sunt, qui in illam sententiam durius sunt animati. Quæ quia mihi videtur non improbabilis, paulò accuratius tractanda est: et quidem esse non difficile multa persuadent.

Primò, quia cum hoc esset maximum signorum omnium, quæ facta sunt in cælo, quia majus est solem retrò esse conversum tot lineas, quam constituisse tempore Josue, aut

Christo moriente fuisse obscuratum, de illo cursu retroacto solis nihil dicitur; sed tantum de umbrâ retrorsum versis actâ, idque tantum in horologio Achaz. Quod argumentum mihi grave est, quia non videtur id omittendum fuisse in eo miraculo, quod erat illustrius.

Secundò, quia signum oblatum non fuit de motu solis, sive antorsum, sive retrorsum. Ut enim signum esset nullum, si sol suo naturali circulo progrediretur decem lineas, consequens est, ut non oblatum ferit signum retrogradationis solis, quia illa duo, quæ proposita sunt Ezechia, contraria sunt, quorum eadem esse debet ratio. Sic enim hoc loco: *Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* Quòd si progressus solis ad confirmandam spem Ezechia esset inutilis, sequitur neque regressum fuisse promissum. Perinde enim esset ac si dixisset Deus: *Vis ut sol progrediatur, an ut regrediatur?*

Tertiò, quia signum illud non videtur in sole, aut in cælo factum, quia lib. 2, c. 52 Paral., dicuntur legati Babylonis venisse ad Ezechiam, ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram. Intelligitur autem terra Juda, vulgato Scripturæ more, quæ nomine terræ aut orbis significat provinciam illam, de qua sermo est, etiamsi signum addatur universale; si verò in sole facta fuisset aliqua mutatio, facta fuisset utique in cælo, non super terram.

Quartò, quia si in sole fuisset illa tanta mutatio, non magis illam experiretur Judæa, quam aliæ orbis plagæ, neque sciscitatum de portento mitterentur ad Ezechiam Babylonii legati. Quid enim rogarent, aut aliorum testimonio nõsse vellet, quod suis ipsi spectavissent oculis? aut quid suspicarentur propter unius hominis recuperatam valetudinem, tantam futuram in cælo mutationem? aut quid crederent homines à religione alieni, quique diis suis plus tribuebant potentia, quam vero Deo, quem colebant Judæi, à Judæorum Deo, et non à suis aut aliarum gentium diis illud accidisse prodigium? Audierant autem ex gravi morbo convalescere regem, idque significatum esse illustri portento, atque ideò legati mittuntur, qui de valetudine gratulentur, et de portento quod de rumore tantam acceperant; sicut etiam sanatum esse regem à lethali morbo, quod increduli audierant, docerentur; quod ideò sibi persuadere poterant accidisse propter regem, quia in ejus tantam urbe, aut potius in ejus tantum domo, atque

adeò in uno tantum horologio contigisset.

Quintò, quia illud signum promittendum erat regi, quod ejus oculis propositum esse posset, quando uni regi promissum est. Quare satis illi fuit aliter notatas esse lineas, ab umbrâ, quam ratio temporis postularat, in eo horologio quod ex suo lecto commodè spectare poterat moribundus rex: neque verò ex suo lecto retrogredientem solem spectare aut moram observare poterat. Neque illa quæ contra hanc sententiam objiciunt alii, graviter premunt. Primùm quòd non apparet quomodò, si sol à suo cursu nihil mutaret, in umbrâ, quæ solis sequitur motum, tanta fiat mutatio, ut cum decimam horam, id est, penè postremam in horologio tangere deberet, revocato cursu Orientem versis ad primam usque recurreret. Nam is, cujus ordinatione regitur et perseverat dies, sic potuit temperare lucem, ut impeditis solaribus radiis stylus horologii ab eâ tantum parte lucem admitteret, ex quâ umbra in lineas à propheta designatas incurreret; ad eum fermè modum quo oriente sole per fenestram, quæ ad occasum spectat, immissa lux umbram projicit adversus solem orientem, à quo lux illa quasi reflexa nascitur.

Quod verò in hoc portento aliquando sol ascendisse, aut descendisse dicitur, apud Isaiam, reversus est sol decem lineas. Et Eccl. 48: *Et in diebus illis retrò rediit sol, et addidit regi vitam, non omnino in aliam sententiam nos cogit; nam frequens est in Scripturâ, ut causa ponatur pro effectu, quod semper aut plerùmque ex hujusmodi causâ nasci solet. Et, ut alia omittam, de sole sunt exempla non obscura Jonæ 3: Percussit sol super caput Jonæ, et astutabat, id est, radius, seu calor solis. Et quidem in hoc eodem portento solem figuratè posuit pro signo, nemo inficiabitur; dicitur enim sol Eccl. 48, regi addidisse vitam, cum tamen illam non addiderit, ut constat, sed illius producenda signum tantum fuerit. Figuratè ergo immotus sol reversus dici potest, quia radius ejus, sive lux reversa est, seu reflexa: sive etiam umbra, quia illa etiam effectus quidam est solis, illam saltem ostendens, cæteris locis splendore circumfusis. Aut certè sol reversus dicitur, quia in umbrâ reversa signum quoddam fuit solis retrò conversi, quia communiter umbræ mutatio varia signum est solis mutationis seu declinationis solis; sicut var, ut nuper dicebamus, vitam addidisse traditur regi, quia addite regi vite signum fuit.*

Hæc postrema mihi videntur dici posse non improbabiler, quæ ego complecterer omnino, nisi constans penè omnium Patrum et interpretum auctoritas ab hæc cogitatione deterrisset. Ut enim durum est niti contra impetum fluminis, sic contra doctorum communem sensum. Quare, licet hæc non improbem, cum pluribus censeo esse sentiendum, remque tribus conclusionibus ita definio.

Prima est, sole ex suo cursu orientem versis revocato umbram in horologio decem repetitis lineas: ita August. de Mirabilibus Scripturæ lib. 2, c. 48; Dionysius epist. ad Polycarpum. Theodoretus in illud Psalm. 29: *Audivit Dominus, et misertus est mei.* Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Lyra, Haymo, Hugo, Adamus super Isaiam, Elias Cretensis super Nazianzenum, recentiores plerique, et in his Serarius in Josue. Neque deest aliquod admirandæ hujus novitatis vestigium apud profanos: nam Herodotus in Enterpe paulò postquam egerat de fugâ Sennacherib, licet aliud spectans longè diversum, ait: *¶ Intra decem millia, trecentosque et quadraginta annos, quater solem præter consuetudinem fuisse exortum: his quidem illic exortum ubi nunc occidit, his autem ubi nunc oritur, illic occidisse.* Quod sanè factum videri potuit, si sol à decimâ, id est, à postremâ ferè horâ diei revocatus est ad ortum: tunc enim oriri ab occasu et in ortu occidere videri potuit. Sed, ut verum fatear, si locus iste diligenter expendatur, non valde est ad rem propositam. Facit præterea plurimum ad hanc sententiam, quòd tam hic quam Eccl. 48, sol conversus fuisse retrò traditur; et quando gravis aliqua ratio non premit, verba in suâ proprietate sunt exponenda.

Secunda conclusio, si lineæ in horologio per horas, et non per semisses, aut quadrantes distinguebant diem, probabile est non solito motu solem, sed velociori spatium illud horarum decurrisse, quod sentit supra et probat Cajetanus.

Tertia conclusio, mihi omnino certum est per semisses aut quadrantes, aut aliam breviorum mensuram notari ac distingui dierum spatia in horologio Achaz, non per horas. Quod omnino probat ratio Abulensis, de quâ supra. Nam si decem horas ter decurrisset sol, quòd erat omnino necesse, et addantur deinde duæ, quæ ad duodecimam supersunt, necessariò fit, ut dies ille fuerit tringinta duarum horarum, quod aliqui fatentur, ut vidimus. Tunc autem

dies ille major esset eo qui stante sole efflu-
ctus est tempore Josue. Hic enim ad trium
fermè dierum spatium productus est; ille verò
sub Josue ad duorum tantum; et tamen neque
fuisse unquam, neque futurus dicitur major ali-
quis dies. De altero constat Josue 10: *Stetit ita-
que sol in medio cœli, et non festinavit occumbere
spatio unius diei.* Et Eccl. 46, de Josue: *At non
in iracundiâ ejus impeditus est sol, et una dies
facta est quasi duo.* De altero expressum est
Josue 10; statim enim post verba citata sub-
ditur: *Non fuit antea et postea tam longa
dies.*

Contra rationes Burgensis quas nos addu-
ximus, quibus etiam eandem sententiam confir-
mat Montanus, satis multa replicari in
libro 4 Reg. et ibidem Dionysius. Hos consule.
Apuò quos invenies aliquid, quod in ipsis non
minis severè reprehendas, quam ipsi virum
doctissimum exagitantem et reprehendendum
censuerunt.

Antequàm hinc discedo, observo præter hoc
portentum, et illud, quod accidit tempore
Josue c. 10, aliquibus videri solem stetitisse
tertiò: quod colligitur ex eo 1 Paralip. 4,
vers. 22: *Qui stare fecit solem.* Et in his Hiero-
nymus lib. Tradit. Hebr. in illum locum; et
eodem loco Paralip. Dionysius, Hugo, et Lyra.
Fevardentius in c. 1 Ruth. Abulens. in lib. 1
Paralip. c. 4, q. 18, et ibi glossa ordinaria, qui
dicunt ex Hebræorum sententiâ hanc virum
fuisse Elimelec, qui Ruth c. 1 egressus esse
dicitur de Bethleem, ut peregrinaretur in
regione Moab. Dicunt enim Hebræorum qui-
dam, nam aliorum longè diversa videtur esse
mens, hunc Elimelec virum fuisse sanctis-
simum, qui cum videret plurimos è suo genere
varitis erroribus ad idololatriam abduci, oravit
ut Deus aliquo portento terreret homines,
reduceretque ad illam religionem quam pro-
diderant. Ad ejus autem preces constitisse
aiunt solem in cœlo. Cum autem eo signo tam
illustri nihilo meliores fierent Bethleemite,
statuisse illic in regionem Moabitidem esse
emigrandum, præsertim cum propter eorum
scelera gravis fames Bethleemiticis fines in-
vasisset. Sed sanè hoc durum visum est, neque
omnes qui in eam sententiâ abducuntur,
tam illa vera censent, quam ab Hebræis tra-
dita commemorant. Neque urget locus libri
Paralip. c. 4; nam, ut alibi sæpissimè, pro
nomibus propriis ponitur illorum nominum
significatio. Et id planè probant tria nomina,
que statim sequuntur: *Viri mendacii, et securus,*

et incendens; quæ totidem nominum proprio-
rum explanationes, quæ Septuaginta ita ven-
tunt: *Et Joacim, et viri Chocoba, et Joas, et
Saraph.* Maximè, quia Joacim non tam signifi-
cat, *qui stare fecit solem,* quam qui confirma-
vit, aut stare fecit, nempe solem, quæ poste-
rior vox in Hebræo non est.

Ad extremum observo id quod Hebræi suo
more nugantur, qui dicunt quo tempore mor-
tuus est Achaz, ne satis esset otii, ut solve-
rentur impij regis funeri exequiæ solite aliis
regibus impendi, detractas esse illi diei decem
horas; ut verò ratio temporis, quæ eo suc-
cessu turbata videbatur, ad suum ordinem
rediret, paulò post sub Ezechia filio additas
esse diei totidem horas. Dignum planè Rab-
binicâ fide commentum.

VERS. 12. — IN TEMPORE ILLO MISIT BERODACH
BALADAN LITTERAS ET MUNERA AD EZECHIAM. EX
hâc regis Berodach legatione, qui Isai. c. 39
Merodach, verisimile fit usitatum olim inter
reges et principes, licet studio religionæque
diversos, colere inter sese humanitatis officia,
seque ipsos per nuntios consulaturo, signifi-
ficatæque sibi cum aliis in secundo rerum
successu gaudium esse commune, et in ad-
verso commune etiam esse mororem. Fecit
hoc David in morte regis Ammonitarum, 2
Reg. 10. Et Thou rex Emath per filium suum
gratulatus est Davidi de victoriâ contra Ada-
rezer regem Soba, 1 Reg. 8. Quod usque adeò
usitatum atque legitimum fuit, ut ante vic-
toriam consultandum dixerit Isaias, quid res-
pondendum sit gentium legatis, qui gratulatum
venerint de victoriâ, c. 14: *Quid respondebitur
munitis gentium?* Sic Babylonis rex Merodach
misit cum muneribus ad Ezechiam, qui de
restituta valetudine gratularentur, et, ut di-
citur Paralip. lib. 2, c. 32, de portento roga-
rent, quod videlicet contigisset in domo
regiâ. Est enim verisimile cum de valetudinis
regis audierunt, audiisse quoque de valetudi-
nis admirabili portento.

Hic Berodach, seu, ut est apud Isaiam, Me-
rodach, ut somniant Hebræi, pater fuit Na-
buchodonosor, ejus qui primus ab Assyriis
imperium traduxit ad Chaldaeos, et qui deinde
complevit quæ capite 39 minatur Isaias; sed
est mihi hoc improbabile, quia etsi in primum
annum regni Merodach incidisset morbus Eze-
chiæ, regnasset in Babylone centum et novem
annos, quia tot intercedunt inter morbum
Ezechie et annum sextum Joschim, in quo
primum regnare cepit Nabuchodonosor; tam

longum autem imperium quis credet contigisse,
eo præsertim seculo, in quo brevior erat
hominum vita. Potiùs ego existimo Berodach,
seu Merodach nomen esse commune regibus
Babylonis, sicut Pharaonis nomen Ægyptiis,
Arctæ Arabibus, Candacæ reginis Æthiopia,
et Casaris imperatoribus Romanis commune
nomen est. Est autem mihi probabile anti-
quissimum regem Babylonie sic esse voca-
tum, qui deinde à posteris in deorum nume-
rum relatus est; sicut in eadem civitate pri-
mus, aut inter primos regnavit Belus, qui pro
Deo à Babylonis habitus vocatus Bel. Quòd
enim Merodach deus fuerit apud Babylonios,
sicut Bel, indicat Jeremias c. 50, v. 2: *Capta
est Babylon, confusus est Bel, victus est Mero-
dach, confusa sunt sculptilia ejus, superata sunt
idola eorum.* Ubi omnes pead Merodach idolam
esse putant, licet improbabile non videatur
hoc etiam Jeremias loco Merodach nomen esse
regis. Et ita putant Genebrardus in Chronico
anno mundi 3469, Lyra, Hugo, Theodoretus;
ab hoc ergo quicumque ille est, credo reges
Babylonis vocari solitos Merodach, et c. 39
ab Isaiâ, et postea, ut est verisimile, à Jere-
miâ, qui idem esse creditur qui Balthasar,
cujus tempore cecidit regina quondam Baby-
lon, et 4 Reg. c. 25, v. 27, Nabuchodonosori
successisse dicitur Evilmerodach, id est, Me-
rodach, cognomento Evil. Quare dum Berodach,
seu Merodach Baladan, filius Baladan, nuntios
legasse dicitur, nihil aliud dici vide-
tur quam regem Babylonis Baladan, filium
Baladan, misisse legationem.

VERS. 15. — ET OSTENDIT EIS DOMUM AROMA-
TUM, ET AURUM, ET ARGENTUM. Quàm dives fuerit
Ezechias, quantum auri et argenti atque aroma-
tum congregarit, habemus lib. 2 Paralip.
c. 32, v. 27, ubi etiam habes derelictum fuisse
Ezechiam à Domino in eâ Babyloniorum lega-
tione, ut tentaretur, et nota fierent omnia,
quæ erant in corde ejus: nota quidem aut ipsi
regi, qui non se satis ipse cognoverat, ut vel
eo titulo seipsum magis putaret vilem et ab-
jectum, quòd aliquando sibi ipsi in se aut in
suis opibus placuisset. Quia reverà nihil sic
shiget superbum animum, quam cogitatio
quòd de se ipso aliquando superbè cogitavit.
Superbia etenim menti jam sana et melius
sentienti fatissimâ quædam vanitas est. Aut
certè, ut nota fierent Deo, eo sensu quo ipse
dicit aliquid tunc primum cognoscere, quia
illud aliis cognoscendum præbuit, ut de
Abraham Genes. c. 22: *Nunc cognovi quòd*

timeas Dominum, id est, cognoscere feci.
De quo genere orationis pluribus alibi egli-
mus. (1)

VERS. 18. — SED ET DE FILIIS TUIS QUI EGREDI-
ENTUR EX TE, QUOS GENERABIS, TOLLENTUR, ET
ERUNT EUUCHI IN PALATIO REGIS BABYLONIS. EU-
NUCHI vox latius se extendit quam putat gram-
maticorum vulgus; neque enim semper emas-
culatos, seu excetos significat, sed eos
aliquando qui in aulis morantur principum,
ipsisque adstant ad aulicas curas, et ad exe-
quendum familiare mandatum. Erant quidem
olim spadones, qui gymnæcis præerant, aut
quibus credita erat seminarum custodia,
quia ab illo evirato hominum genere tuis vi-
debatur feminarium pudor. Unde factum est,
ut quicumque cum principibus familiaris
ageret, diceretur eunuchus. Hoc apud regem
Babylonis munus obierunt, qui è regio ge-
nere, id est, ex Ezechia sanguine prognati
sunt: ut constat ex Danielis cap. 1, ubi qui-
dam è regio sanguine traditi dicuntur eu-
nuchorum præfecto, ut ad Chaldæorum disci-
plinam instituti aulicis ministeriis redderentur
idonei: inter quos fuit Daniel, quâ de re nos
ibi pluribus.

VERS. 19. — BONUS SERMO DOMINI, QUEM LO-
CUTUS ES: SIT PAX ET VERITAS IN DIEBUS MEIS.
Hæc Ezechias post Isaiæ minas: Justus est Do-
minus, qui meæ levitatis atque arrogantie id
influxit supplicii, et benignus, quia diebus
meis pacem promisit. In veritate igitur ejus
me consolabor, quia præstabit, certò scio,
quod mihi pollicitus est de Sennacherib. Re-
prehendunt, ut inquit super Isaiam Hierony-
mus, Hebræi Ezechiam, quòd hoc responso
parum visus fuerit sollicitus de populo Ju-
daico, futurâque sobole, quando sibi pacem

(1) VERS. 17. — ECCE DIES VENIENT, ET AU-
FERENTUR OMNIA QUÆ SUNT IN DOMO TUA. Oraculi
hujus fides quo tempore impleta est? Sunt
qui credant, Sennacheribum hujusmodi the-
saurorum partem maximam abstulisse; legitur
enim, Ezechiam collegisse quidquid erat auri
et argenti tum in sacro, tum in regis ærario,
ut postulata ab eo rege pecuniam conficeret.
At Sennacherib in Babyloniâ non regnabat.
Adde, quod ex Paralipomenis discimus, post
rosum et eandem exercitibus Sennacheribi,
tum primum Ezechiam divitiis colligere stu-
disse. Antea enim vix poterat in ærarium
quidquam alienigeni momenti inferre, cum im-
modica tributa Assyriis solveret. Statuendum
est igitur, oraculum hoc Isaiæ suam ab-
tuisse fidem sub postremis regibus Juda, cum
reges Babyloniae, urbe ac templo eversis, popu-
lo in captivitate ducto, totum Judaicum
imperium exciderunt. (Calmet.)

et salutem optat, et quid aliis post se futurum sit, non laborat: neque confiteatur peccatum suum cum David, neque iram Dei removel à posteris, neque cum Moysse clamat: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite. Sunt qui illud, *et veritas*, de Messia interpretantur, quasi dicat Ezechias: Feram libenter quodcumque mihi Deus supplicium inflixerit, dummodò ex meo genere Messias oriatur. Quæ sanè expositio pia est: nescio tamen quantum cum sermonis textu consentiat.

Ego *verbum bonum*, aliter accipio; puto enim hoc loquendi genere ab inferioribus significari solere, non gravatè ferri quicquid durum à superioribus injungatur. Quasi dicat: *Fiat voluntas Domini*; aut *quod Domino placet*; aut *fat mihi secundum verbum Domini*; seu accipio admittique etiamsi in caput meum, quod visum est de me Domino; quasi non provocet ad iudicem, seu ad tempus aliud. Sic Semei cum audisset à Salomone 3 Reg. c. 2, vers. 38: *Quicumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum*, etc.; respondit Semei: *Bonus sermo*; sicut *locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus*. Et statim, vers. 43, cum Semei transgressus esset regis edictum, ait illi Salomon: *Et dixisti, bonus sermo*, quasi dicat: Admisisti meum de tuo scelere decretum; Hispanè, *admitiste o pasaste por la sententia*. Sic nunc Ezechias nihil aliud significat quam sibi placere Domini de suo capite decretum. Idem omninò quod 1 Reg. 3 dixit Heli, cum accepisset similes à Samuele minas: *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat*. Unde frequens, *esse in oculis alicujus bonum*, id est, placere.

VERS. 20.—RELICUA AUTEM SERMONUM EZECHIE, ET OMNIS FORTITUDO EJUS, ETC., NONNE HÆC SCRIPTA SUNT IN LIBRO SERMONUM DIERUM REGUM JUDÆ? Hæc omnia jam vidimus hoc libro à capite 18, et lib. 2 Paralip. à cap. 29, et Eccl. c. 48. Illud notandum in Paralip. cap. 32,

CAPUT XXI.

1. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset; et quinquaginta quinque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Haphsiba.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

3. Conversusque est et edificavit ex-

v. 32, additum esse, *reliqua autem, etc., scripta sunt in visione Isaia filii Amos prophetae*. Porrò apud Isaiam, præter ea quæ in hoc libro legimus, nihil habemus aliud quam celeberrimum illud canticum, quod gratulabundus cecinit, cum ab illo morbo liberatus est Ezechias, à quo omne jam desperatè effugium. Cætera eodem omninò modo, atque isidem penè verbis prosecutus est, atque nos hic habemus. Unde quidam non sine magno fundamentò putant hanc saltem partem lib. 4 Reg. ab Isaià fuisse conscriptam. Et cum sententia esset omninò eadem, verba aut nihil, aut certè non admodum diversa, notui actum agere, id est, illa iterum explicare commentando, quæ jam ante super Isaiam explicaveram. Sed ex illis commentariis, hinc pleraque tanquam ad locum non alienum transcripsi. Addidi tamen aliqua, quæ in illis commentariis consultò prætermiseram, quæ sanè multa non sunt. Quod meo mihi jure fecisse videor, qui non aliena depeccatus sum, sed meum laborem ad non alienos usus accommodavi (1).

(1) Cernere licet in Ezechia expressam visum coloribus Jesu Christi figuram. Hic princeps Assyriorum jugum excutit, provocatque in se ingens bellum et periculosum, quo gloriosè, non sine Domini ope liberatur. Bellum indicit Jesus Christus peccato mundo, carni et diabolo. Armantur in illum ejusque doctrinam, Ecclesiam, ac discipulos, omnia et orbis et Inferorum imperia. Nunquam Sennacherib adeo insanit, nunquam Rabscas horrenda adeo effudit in Deum probra, ut furor insectatorum Ecclesie ac calumnias, et impia illorum in Filium Dei et Ecclesiam probra aquent: omnibus tamen his conatibus superior Dei manus superbos illos dejicit, atque insigne de illis victoriam Jesus Christus, ejusque fideles referunt. Ezechias ad ipsum usque sepulcri limitem deductus, deinde insigni prodigio valetudini restitutus, carmen canit solemne et eucharisticum, ubi altiore firmere videtur obtutum ad Servatoris resurrectionem, in valetudine à se recepta tanquam in typo adumbratam: *Vitens vitens, ait, ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filius notam faciet veritatem tuam*. (Galmet.)

CHAPITRE XXI.

1. Manasses avait douze ans lorsqu'il commença de régner; et il régna cinquante-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées devant la face des enfants d'Israël.

celsa quæ dissipaverat Ezechias pater ejus; et erexit aras Baal, et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de quâ dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum;

5. Et extraxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traxit filium suum per ignem; et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini, super quod locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium ejus: In templo hoc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum;

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terrâ quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opera omnia quæ præcepi eis, et universam legem quam mandavi eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut faceret malum super gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel,

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens:

11. Quia fecit Manasses rex Juda abominaciones istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis,

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam, ut, quicumque audierit, tinniant ambe aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, et pondus domus Achab; et delebo Jerusalem sicut deleri solent tabulæ, et delens vertam et ducam crebrius stylum super faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hereditatis mee, et tradam eas in manus inimicorum ejus, eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis adversariis suis,

3. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezechias avait détruits; il dressa des autels à Baal, fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel, et leur sacrifica.

4. Il bâtit des autels profanes dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem;

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aima les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs, de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur et l'irrita.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et à Salomon, son fils: C'est dans ce temple et dans Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël, que j'établirai mon nom pour jamais;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils observent tout ce que je leur ai commandé et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté, mais ils se sont laissés séduire par Manassès pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées de la face des enfants d'Israël.

10. Le Seigneur a parlé ensuite par les prophètes, ses serviteurs, et a dit:

11. Parce que Manassès, roi de Juda, a commis ces abominations, encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: Voici que j'amènerai de tels maux sur Jérusalem et sur Juda, que les oreilles en seront étourdies à quiconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'Achab; et j'effacerai Jérusalem comme on efface des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style sur sa face;

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les haïssent les pilleront et les ravageront,